

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

20. de possibilitate alterius modi redemptionis, & de congruitate modi  
accepti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

S P I T O M B

conciliati enim sumus Deo (vt ait Apost.) per mortē Christi, quod sic nō intelligēdū est quasi nos ei sic reconciliauerit Christus, vt inciperet amare quos oderat: sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici, qui antē se oderant: sed iam nos diligenti Deo reconciliati sumus, &c. Sed cūm peccata deleat non solus Filius, sed & Pater & Spiritus sanctus, quorum dēletio est ad Deū nostra reconciliatio, quare solus Filius dicitur mediator? Nam de Patre legitur quōd reconciliauit sibi mundum: ait enim Apost. I. Cor. 5, Deus enim erat in Christo mundum sibi reconcilians: quum ergo reconciliet, cur non dicitur mediator? Quia nec medius est inter Deum & homines: nec in se habuit illa sacramenta, quorum fide & imitatione iustificamur, id est reconciliamur Deo. Reconciliauit ergo tota Trinit. virtutis vſu, scil. dum peccata delet, sed Filius solus impletione obedientiæ. Vnde & mediator dicitur sec. humanitatem: non enim sec. diuinitatē mediator est inter Deum & Deum, quia tantū unus est Deus: sed inter Deum & hominem, quasi inter duo extrema.

*Corolairū.  
Mediator  
est in qua-  
tū homo.*

DE POSSIBILITATE AL-  
TERIUS MODI REDEMPTIONIS, & DE  
CONGRUITATE MO-  
DI ACCEPTI.

DISTINCT. Vigesimæ

CAP. Primum.

*Alius fuit Deo possibilis modus re-  
dimendi genus humanum,  
quād per passio-  
nem Filij.*

**D**ei enim potentiae cuncta subiacent, sed sanandæ nostræ miseriæ dicimus conuenientiorem modum nullum fuisse alium, nec esse oportuisse. Quid enim metes nostras tantum erigit, & ab immortalitatis desperatione liberat, quād quod tanti nos fecit Deus, ut Dei Filius immutabiliter bonus, in se manes quod erat, & à nobis accipiēs quod non erat, dignatus nostrum inire consortium, mala nostra moriendo perficeret. Est & alia ratio, quia sic iusticia superatur diabolus, & non potentia. Nam quadam Dei iustitia in potestate diaboli traditum est genus humanum, peccato primi hominis in omnes originaliter transeunte, & illius debito omnes obligante, &c. Ideoque placuit Deo, ut non pœna, sed iusticia vincens, hominem erueret, in quo eum homo imitari disceret.

CAP. Secundum. Per passionem Christi  
fusse in hostiam redemptio-  
nis obtulit.

*L. 190. b. p. 5.  
F. 191. A. p. 5.  
EPISTOME*

*C*hriftus sacerdos, idemque & hostia,  
precium est nostræ reconciliationis,  
qui se Deo Trinitati obtrulit pro omnibus  
quantum ad precij sufficientiam: sed  
pro electis tantum, quantum ad efficaciam,  
quia prædestinatis tantum salutem effecit.

*207.b.*

**C A P. Tertium.** *Passio Christi est  
opus Dei et Iudeorum.*

*X*

**T**raditus enim legitur Christus à se, à  
patre, & Iuda, & à Iudeis: sed quatenus à  
se & à patre, bonum opus erat, quia bo-  
na Patris & Filii voluntas: quatenus autem à  
Iuda & Iudeis, malum fuit opus, quia mala  
fuit eorum intentio, &c.

**D E I I S Q VAE AD M O R-**  
tem Christi pertinent.

**D I S T I N C T.** Vigesimæ primæ  
**C A P.** Primum.

*In Christi morte diuinitas non fuit à  
carnे et anima separata.*

*obuntis*  
**A**Vg: Verbū ex quo suscepit hominē, id  
est carnē & animam, nunquā depositū  
animam, ut esset anima à verbo sepa-  
rata: sed caro posuit animam quando expi-  
rauit, qua redeunte resurrexit. Mors ergo ad  
tempus carnem & animam separauit, sed  
neutrūm à verbo Dei. **F**Ambr. tractans il-  
lud, Deus meus, ut quid me dereliquisti? ait: